

Fredegarius, Chronicarum libri**IV, 4, 48**

Anno 40. regni Chlothariae homo nomen Samo natione Francos de pago Senonago plus recus negotiantes adiecit, exercendum negocium in Sclavos coinomento Winedos perrexit. Sclavi iam contra Avaris coinomento Chunis et regem eorum pagano ceperant revellare. Winidi befulci Chunis fuerant iam ab antiquo, ut, cum Chuni in exercitu contra gentem qualibet adgrediebant, Chuni pro castra adunatum illorum stabat exercitum, Winidi vero pugnabant; si ad vincendum prevalebant, tunc Chuni predas capiendum adgrediebant; sin autem Winidi superabantur, Chunorum auxilio fulti vires resumebant. Ideo befulci vocabantur a Chunis, eo quod duplicem in congressione certamine vestigia priliae facientes, ante Chunis prederint. Chuni aemundum annis singulis in Esclavos veniebant, uxores Sclavorum et filias eorum strato sumebant; tributa super alias oppressiones Sclavi Chunis solvebant. Filii Chunorum, quos in uxores Winidorum et filias generaverant, tandem non subferentes maliciam ferre et oppressionem, Chunorum dominatione negantes, ut supra memine, ceperant revellare. Chuni in exercitu Winidi contra Chunos fuissent adgressi, Samo negocians, quo memoravi superius, cum ipsos in exercitu perrexit; ibique tanta ei fuit utilitas de Chunis facta, ut mirum fuisset, et nimia multitudo ex eis gladio Winidorum trucidata fuisset. Winidi cernentes utilitatem Samones, eum super se eligunt regem, ubi 30 et 5 annos regnavit feliciter. Plures prilia contra Chunis suo regimini Winidi iniierunt; suo consilio et utilitate Winidi semper Chunos superant. Samo 12 uxores ex genere Winidorum habebat, de quibus 22 filius et quindecim filias habuit.